

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Penitencia m
cum uariis

Si quis positus in ultima necessitate sue egritudinis, uoluerit accipere penitenciam, et accipit et mox reconciliabitur, et hinc uadit, fateor uobis, non illi negamus quod petit, sed non presumimus quod bene hinc exit. Si securus hinc exit, ego nescio. Penitenciam dare possumus, securitatem aut non. Nunquid dico: Dampnabitur? Sed nec dico: Liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? Tene certum et dimitte incertum. Age penitenciam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es, quia penitenciam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si uis agere penitenciam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

Augustinus sermone XXXVI. et ponitur de penitencia distinctione secunda.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ultima] extrema P V¹ V² L¹ L²; sue] sua M; reconciliabitur] reconciliatur L²; uobis] nobis B P V¹; hinc] hic C; si securus hinc exit *om.* B; possumus] possemus L²; aut] autem V² L¹ L²; nunquid] non quidem P V¹ V² L¹ L²; quia] quod P V¹ V² L¹ L²; potes] potest C; et ponitur de penitencia distinctione secunda *om.* P V¹ V² L¹ L²